

*Vzklíkaj Bogu, vsa zemlja, aleluja, slavo pojte njegovemu imenu, aleluja,
proslavljajte njegovo hvalo, aleluja, aleluja, aleluja.*

(Ps 65,1.2, vstopni spev)

TRETJA NEDELJA PO VELIKI NOČI

DOMINICA TERTIA POST PASCHA



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



21. april 2024

INTROITUS

Ps. 65, 1-2

Iubiláte Deo, omnis terra, allelúia: psalmum dícite nómini eius, allelúia: date glóriam laudi eius, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps. ibid., 3

✠. Dícite Deo, quam terribília sunt ópera tua, Dómine! in multítudine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

✠. Glória Patri.

VSTOPNI SPEV

Ps 65,1,2

Vzklíkej Bogu, vsa zemlja, aleluja, slavo pojte njegovemu imenu, aleluja, proslavljajte njegovo hvalo, aleluja, aleluja, aleluja.

Ps it.,3

✠. Recite Bogu: Kako strašna so tvoja dela, Gospod! Zaradi tvoje velike moči ti celó tvoji sovražniki hlinijo vdanost.

✠. Slava Očetu.

ORATIO

Orémus.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre iustítia, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui christiána professióne censéntur, et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini; et ea, quæ sunt apta, sectári.

Per Dóminum.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

O Bog, ki zabredlim kažeš luč svoje resnice, da se morejo vrniti na pot pravičnosti, daj vsem, kateri se priznavajo za kristjane, da bodo zametovali, kar je temu imenu nasprotno, in vršili, kar se z njim sklada.

Po Gospodu.

LECTIO

1 Petr 2, 11-19

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

Caríssimi: Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos abstinére vos a carnálibus desidériis, quæ militant advérsus ánimam, conversatióne vestram inter gentes hábéntes bonam: ut in eo, quod detréctant de vobis tamquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, glorificent Deum in die visitatiónis. Subiécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum: sive regi, quasi præcellénti: sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum: quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudentium hóminum ignorántiam: quasi líberi, et non quasi velámen hábéntes malítia libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dílgite: Deum timéte: regem honorificáte. Servi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantum bonis et modéstis, sed étiam dýscolis. Hæc est enim grátia: in Christo Iesu, Dómino nostro.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Petra.

Preljubi, prosim vas kakor tujce in priseljence, da se zdržite mesenih poželenj, ki se bojujejo proti duši. Lepo živite med pogani, da bodo v tem, v čemer vas obrekujejo kot hudodelce, iz dobrih del uvideli in slavili Boga na dan obiskanja. Podredite se vsaki človeški ustanovi zaradi Gospoda, bodisi kralju kot najvišjemu, bodisi oblastnikom kot tistim, ki so od njega poslani, da kaznujejo hudodelce, priznanje pa dajo tistim, ki delajo dobro; kajti to je Božja volja, da delate dobro, da tako utišate nevednost neumnih ljudi, kakor svobodni in ne kakor tisti, ki imajo svobodo za prikrivanje hudobije, ampak kakor Božji služabniki. Vse spoštujte, brate ljubite, Boga se bojte, kralja spoštujte! Služabniki, podrejte se v vsem strahu gospodarjem: ne le dobrim in prijaznim, ampak tudi osornim. To je namreč milost: v Kristusu Jezusu, Gospodu našem.

1 Pt 2,11-19

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 110, 9 **℣.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

Allelúia.

Luc. 24, 46 **℣.** Oportébat pati Christum, et resúrgere a mórtuis: et ita intráre in glóriam suam.

Allelúia.

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

℣. Odrešenje je poslal Gospod svojemu ljudstvu.*Ps 110,9*

Aleluja.

℣. Treba je bilo Kristusu trpeti in vstati od mrtvih in tako iti v svojo slavo.*Lk 24,46*

Aleluja.

EVANGELIUM

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Ioánnem.

Io. 16, 16-22

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Módicum, et iam non vidébitis me: et iterum módicum, et vidébitis me: quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discípulis eius ad ínvicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Módicum, et non vidébitis me: et iterum módicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem? Dícébant ergo: Quid est hoc, quod dicit: Módicum? nescímus, quid lóquitur. Cognóvit autem Iesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis: De hoc quáritis inter vos, quia dixi: Módicum, et non vidébitis me: et iterum módicum, et vidébitis me. Amen, amen, dico vobis: quia plorábitis et flébitis vos, mundus autem gaudébit: vos autem contristabímíni, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepérerit púerum, iam non méminit pressúræ propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis, iterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Janezu.

Jn 16,16-22

Tisti čas je rekel Jezus svojim učencem: »Še malo in me ne boste več videli, in spet malo in me boste videli.« Tedaj je nekaj njegovih učencev govorilo med seboj: »Kaj je to, kar nam pravi: ›Še malo in me ne boste videli, in spet malo in me boste videli,‹ in kaj: ›Grem k Očetu?‹ Govorili so torej: »Kaj je to, kar pravi – ›malo‹? Ne vemo, kaj govori.« Jezus je vedel, da so ga hoteli vprašati, in jim je rekel: »O tem se sprašujete med seboj, ker sem rekel: ›Še malo in me ne boste videli, in spet malo in me boste videli.‹ Resnično, resnično, povem vam: Vi boste jokali in žalovali, svet pa se bo veselil. Vi se boste žalostili, toda vaša žalost se bo spremenila v veselje. Žena na porodu je žalostna, ker je prišla njena ura. Ko pa porodi dete, se ne spominja več stiske zaradi veselja, ker se je človek rodil na svet. Tudi vi ste zdaj žalostni; toda spet vas bom videl in vaše srce se bo veselilo in vašega veselja vam nihče ne bo vzel.«

OFFERTORIUM

Ps. 145, 2

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quámdiu ero, allelúia.

DAROVANJSKI SPEV

Hvali, moja duša, Gospoda! Hvalil bom Gospoda vse življenje; do zadnjega diha hočem prepevati svojemu Bogu, aleluja.

Ps 145,2

SECRETA

His nobis, Dómine, mystériis conferátur,
quo, terréna desidéria mitigántes,
discámus amáre coeléstia.
Per Dóminum.

PRÆFATIO

Prefatio paschalis

℣. Dóminus vobíscum.
℞. Et cum spírítu tuo.
℣. Sursum corda.
℞. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Deo nóstro.
℞. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum die gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus cumque omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNIO

Módicum, et non vidébitis me, allelúia:
íterum módicum, et vidébitis me, quia
vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIO

Orémus.
Sacraménta quæ sumpsimus, quæsumus,
Dómine: et spirituálibus nos instáurent
aliméntis, et corporálibus tueántur
auxíliis.
Per Dóminum.

MOLITEV NAD DAROVI

Te skrivnosti naj nam, Gospod, podelé
milost, da bomo posvetne želje krotili in se
učili ljubiti, kar je nebeško.
Po Gospodu.

HVALOSPEV

Velikonočni hvalospev

℣. Gospod z vami.
℞. In s tvojim duhom.
℣. Kvišku srca.
℞. Imamo jih pri Gospodu.
℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.
℞. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da tebe, Gospod, v vsakem času, posebno pa ta dan, slovesneje hvalimo, ko je bilo darovano naše velikonočno Jagnje, Kristus. Zakaj on je pravo Jagnje, ki je odvzelo grehe sveta, ki je s svojo smrtjo uničilo našo smrt in nam s svojim vstajenjem obnovilo življenje. — In zatorej z angeli in nadangeli, s prestoli in gospostvi ter z vso množico nebeške vojske prepevamo hvalnico tvojemu veličastvu, brez konca govoreč:

OBHAJILNI SPEV

Še malo in me ne boste več videli, aleluja;
in spet malo in me boste videli, ker grem k
Očetu, aleluja, aleluja.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.
Zakramenti, ki smo jih prejeli, prosimo,
Gospod, naj nas kot duhovna hrana
prenavljajo ter kot pomoč za telo varujejo.
Po Gospodu.

Jo. 16, 16

Jn 16, 16

Slika na naslovnici: Julius Hübner (1806–1882): Kristus s svojimi učenci v Emavsu, 1881, olje na platnu
Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO